Noverint universi q nos Antonius font als portgal petrus tou bartholomeus roig loci de maria et stephanus bonet loci de llero anno pnti
Jurati pntis ville ste margarite habentes ad infra scripta et alia peragenda plenum posse mediante consilij determinatione celebrati in pnti villa in
loco assueto sub die mensis anno gratis et ex certa scientia ad bene videlicet meliorandum culturandum et in aliquo non
deteriorandum damus stabilimus et in emphiteozim perpetuam concedimus cedimus et tradimus vobis honor Antonio quetgles filio petri presetis
ville sancte margarite habitatori pnti et inferius acceptanti et vestris successoribus et quibus volueritis perpetuo unam quarteriatam terre
francham de cens de pertinentijs possessionis de alcudiola que fuit Joannis monso dicti de alcudiola pro nos empte per curiam magci petri raymudi
caforteza domicelli de maio in civitate maio sub die decima octava mensis novembris anno a natiuitate domini millesimo quingentesimo no
nagesimo primo proxime preterito situate in termino presentis ville sancte margarite tente sub allodio directo dominio et iurisdictione ca
ballarie de alcudiola dicti magci petri Raymundi caforteza ad presentationem fatiice decem dierum et ad mercedem de laudimio et ad vigesimu
de decimo ex omnibus expletis in ea fideliter colligendis et affrontatur dicta quarteriata terre quam vobis stabilimus ex una parte cum terris
antonij monso et Joannis seguier camino mediante et ex alia parte cum terris petri tou et ex alia parte cum terra Joannis canet et ex alia parte
cum terris petri femenia per nos illi die pnti stabilitis predictam itaque quarteriatam terre prout superius affrontatur includitur et terminat
cum omnibus integritatibus proprietatibus terminis tenedoribus pertinentijs introitibus et exhitibus suis Et generaliter cum omnibus alijs
universis et singulis iuribus ad hoc stabilimentum ptinentibus et spectantibus vobis dicto Antonio quetgles et vris successoribus et qui
bus volueritis perpetuo damus et stabilimus ut superius dictu est sub tali tamen pacto et conditione quod pro censu et melioramento
inde exeuntibus detis et solvatis vos et vestri nobis et nostris a die tertia mensis decembris proxime preteriti ad unu annum et sic de
inde anno quolibet et perpetuo dicta die unam libram et unum solidum moe maio cens et rens allatam solutam positam et portatam
intus dictam presentem villam ste margarite et cum pedagio quinque solidorum moe maio per vos uel vestros more solito solvendorum quam pos
sitis luere redimere et quitare quandocumque volueritis in duabus quitationibus ad rationem de octo pro centenario nobis et nostris francho et
quitio et ex pacto inter nos convento non possitis dictam quarteriatam terre reddere deserere derelinquere seu desemparare quin prius
redimeritis quartam partem dicti cens ad dictam rationem de octo pro centenario francho et quitio nobis et nris in his vero non proclametis
neque eligatis vos seu vestri alium dominum seu dominos nisi tantum dictum magm allodiarium et suos et nos et nostros in dicto mo.
censu liceat que vobis et vris post dies decem ex quo seu quibus fathicati fueritis presentem acquisitionem vram una cum omnibus me
lioramentis et augmentis ibidem factis et de cetero faciendis dare vendere stabilire impignerare et aliter alienare indeque facere de pre
dictis que vobis stabilimus vras et vestrorum omnimodas voluntates salvo tamen semper in predictis iure directo allodialj dominio laudimio
fathica et iurisdictione dicti magci petri raymundi caforteza et suorum et scribania pu.cas illius salvoque etiam nobis et nostris cens
predicto promittentes et bona fide convenientes vobis et vestris quod predicta que vobis stabilimus faciemus vos et vestros et quos volueritis
semper facere habere tenere et in sana pace perpetuo possidere et defendere pacifice et quiete contra omnes personas et tenemur inde vo
bis et vris firmitterque teneri promittimus de evictione et de omni damno ac etiam iteresse littis et extra etiam et ubique pro quibus omni
bus et singulis supradictis sic complendis tenendis et inviolabiliter observandis obligamus vobis et vestris omnia et singula bona dicte
universitatis et illius singularium mobilia et immobilia presentia et futura renuntiantes quantum ad hec libelli oblationi acordio
unius diei firme iurisdationi pigneris ad decem dies et spatio quadrimestri maio concesso bona mobilia non habentibus pro bonis immobi
libus subhastandis et vendendis ferijsque messium et vindemiarum dilationibus et foro nostro proprio et privilegio eiusdem submitten
tes nos et omnia bona dicte universitatis foro et iurisdictioni curie dicte caballarie in posse cuius promittimus Jus facere et subire
illius iurisdictionem in nos porrogando et consentiendo pro intrata vero huiusdi stabilimenti confitemur et in veritate recognoscimus
habuisse et recepisse quinque solidos moe maio unde renuntiamus exnj dicte pecunie non numerate non habite et non recepte reique sic
non geste et doli mali actionique in factum Et his presens Ego iam dictus antonius quetgles acquisitor predictus et dictum stabilimetum
de dicta quarteriata terre cum pactis et conditionibus supradictis acceptans promitto dictam quarteriata terre bene meliorare cultu
rare et in aliquo non deteriorare dictamque una libram et unum solidum cens anno quolibet vobis et vestris dicta die allatas intus dictam
villam ste margarite solvere dictaque quarteriata terre no deserere reddere derelinquere seu desemparare quin prius redimerim quarta
partem dicti cens ad dictam rationem de octo pro centenario francho et quitio ceteraque omnia alia et singula per me attendenda attendere
servare et complere pro quibus omnibus et singulis supradictis sic complendis tenendis et inviolabiliter observandis obligo vobis et
vris omnia et singula bona mea mobilia et immobilia presentia et futura renuntians quantu ad hec libelli oblationi acordio unius diei
firme iurisdationj pigneris ad decem dies et spatio quadrimestri maio concesso bona mobilia non habentibus pro bonis immobilibus subhas
tandis et vendendis ferijsque messium et vindemiarum dilationibus et foro meo proprio et privilegio eiusdem submittentes me et omnia bona mea
foro et iurisdictioni curie dicte caballarie in posse cuius promitto Jus facere et subire illius iurisdictionem in me porrogando et consentien
do Actum est hoc in villa ste margarite insule maio die quarta mensis aprilis anno a natts dni millesimo quingentesimo nonagesi
mo secundo Sig✝✝✝✝na nostra antonij font petri tou bartholomei roig et stephanj bonet iuratorum stabilitorum Sig✝num meu Antonij quet
gles acquisitoris predictorum qui hec laudamus concedimus et firmamus.

Testes in quorum presentia dicti iurati dempto dicto roig firmaverunt sunt Antonius ubassa et fs font homenas
pntis ville ste margarite et testes firme dicti roig qui dicta die firmavit sunt dictus antonius ubassa et
petrus servera scriptor maio Testes vero firme dicti quetgles qui firmavit die xij predictorum mensis et anni
sunt Jo.nes mulines et rafael femenia et dictus petrus stelrich scriptor qui nomine et vice notti infrasti dictam
firmam recepit in dicta villa ste margarite.

penes me [illegible] Castello not

113
PERG-113

[illegible]

113

No. 21